

Occasionalia
polypinum Caminia W-183
vol. 23
P-V

W-183-

135

FVNVS PRAEMATVRVM
V I R I
NOBILISSIMI AMPLISSIMI ATQVE
EXCELLENTISSIMI

D O M I N I
F R I D E R I C I
S T R V N Z I I

POETICES IN ALMA HAC AD
ALBIM ACADEMIA DOCTORIS PVBLICI
CELEBERRIMI

ORDINIS ITEM PHILOSOPHICI H T. DE
CANI LONGE SPECTATISSIMI ET COMITIS PA
LATINI IMPERIALI AVCTORITATE CONSTITVTI

IX KALEND. MAIAS A. O. R. circa 10 CC XXV

PLACIDA MORTE

DEFVNCTI

ACERBE LVGEBAT

ORDO ADIVNCTORVM FACVLTATIS
PHILOSOPHICAE
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

VITEMBERGAE
LITERIS SCHROEDERIANIS
STRANZIA
Quo tempore nullus capitulat sicut est 1616



Esper erat, rutilans condebat lumina Ti-
tan,

Seque in coeruleas praecipitabat aquas.
Amplior elatis de montibus umbra ca-
debat,

Propulsisque omnis feruor et aetus erat.
Nec tamen, crepto clari splendore diei,

Sub densis tenebris atra iacebat humus:

Sed sublucebant iucunda crepuscula noctis,
Conspicuumque aerem fulgida luna dabant.

Ecce! Iuis Musae surgentes sedibus almae

Palladis admonitu gramina laeta petunt.

Gramina laeta petunt, hilaresque cacumina lustrant
Parnassi, ut Hores grataque ferta legant.

Mox, dum dispersae per florida germina Musae

Pulchras conquerunt undique ueris opes:

Pennatis montem subito circumstrepit alis

Fama, per immensas aere lapsa vias.

Et Musae, et Charites, arrectis auribus adstant,

Quidque ferat rumor noscere quaeque cupit.

Ipse hoc aduentu celeri stupefactus Apollo:

Quae uehis ore, inquit, fac cito, Fama, refer.

En! ego moestarum uobis iam nuntia rerum

Aduolo significans flebile funus, ait.

STRVNZIVS inuidia mortis decepsit iniqua,

Quo uobis nullus charior alter erat.

Haec ubi fata fuit, Musarum cuncta filescit
Turba, et sollicitus pectora moeror habet.
Lectos abiiciunt flores, nexaque coronas
Inuisa placuit seposuisse manu.
Quique alias magna est uultus grauitate uerendus,
Huius morte Viri tactus Apollo dolet.
Tandem Calliope paullum moderata dolorem
Haec fudit querulo gutture uerba suo:
STRVNZIVS heu! obiit funesta morte peremptus,
Heu! objit nostri lausque decusque chori.
Vlterius gemitum uerbis monstrare uolebat:
Sed uertuit nimius dicere plura dolor.
Ergo, ubi conticuit, tristem Polyhymnia luctum
Continuat, moesta talia uoce querens:
Heu! quae nam lacrymae, quae largi flumina fletus,
Quae satis hunc possunt uerba dolere Virum?
Doctrinam hic nostram, nostras hic sedulus artes
Tradidit, huic curae nostra iuuenta fuit.
Hic dignas dignis debebat tradere laurus,
Sertaque, quae nostrae composuere manus.
Post haec, sublatis gemibunda uoce querelis,
Significat luctum tota corona suum.
Conticuere omnes, intentaeque ora tenebant,
Postquam gramineo surgit Apollo loco.
Hic blando alloquitur tristes sermone puellas,
Atque graui planctum uoce leuare studet.
Vos, ait, o nostrae fletum suspendite natae,
Nec nimium uestras dilacerate genas.
Grandem, confiteor, iacturam passa caterua
Nostra fuit, tanti redditu egena Viri.
Qui donec uixit, nostras, quod nostis, ad undas
Venit, et Ambrosias gnauiter hausit aquas.
Qui, quod habet dignum scitu Romana uetustas,
Sciuit, quodque simul pagina Graeca docet.
Et, cum iam meritis meritos dare debet honores,
Hanc ipsi laudem mors violenta rapit.
Quae dum cuncta iacent alta sub mente reposta,
Vestra dolor summo pectora iure capit.
Sed praestans tenuem uirtus contemnit honorem,
Et maiore suos semper honore beat.

Ergo, agite, o Musae, nimios deponite fletus,
Quem fletis coeli sidera summa tenent.
Quae uero in nostros pulchre fecistis alumnos,
Condignis alius laurea ferta dabit.
Dixit, et Aonides suum posuere dolorem,
Moxque uigens rediit pectore pulsâ quies.
Tum uero Euterpe, uultu spectanda sereno,
Quid tandem, o sociae, fata doletis, ait?
Viuere iam scitis, lacrymis quem flemus obortis,
Quemque sibi repetit Leucoris alma Virum.
Hac potius tenera mecum sedeatis in herba,
Canturæ tanti laudem obitumque Viri.
Nondum Fama uolans stridentes mouerat alas,
Nec celarem retro duxerat inde pedem:
Hanc uocat, et subito communi nomine suffgens,
Melpomene tali uoce locuta fuit:
Vade, age, Fama, uola, rapidis, age, labere pennis,
Ad notumque tibi, quaeſo, recede locum,
Defunctique Viri sacratum accede sepulcrum,
Inque hoc marmoreo talia scribe stylo:

**STRVNZIVS HIC SITVS EST MV
SAS QVI SEMPER AMAVIT
QVEM REDAM ANT MVSÆ
STRVNZIVS HIC SITVS EST**



Iny VI 183

KD 18
VON

Universitätsbibliothek Sachsen-Anhalt

DFG

735

FVNVS PRAEMATVRVM

VIRI

*I AMPLISSIMI ATQUE
ELLENTISSIMI*

D M I N I
D E R I C I
R V N Z I I

IN ALMA HAC AD
DEMIA DOCTORIS PVBLICI
CELEBERRIMI

M PHILosophici h t. DE
PECTATISSIMI ET COMITIS PA
ALI AVCTORATE CONSTITVTI

ND. MAIAS A. O. R. 6131266XX

PLACIDA MORTE

DEFUNCTI

DEFVNCTI

HERBE LVGEBAT

INCTORVM FACVLTATIS
PHILOSOPHICAE
MIA VITEMBERGENSI

IN BISCHWITZ VITEMBERGÆ
LITERIS SCHROEDERIANIS

